

1529. u. 20. Maii.

Ca. Ma. arch. Star. Aug. Regi.

201

Andreas de Krzycho episcopus Plocensis
Petro Tomicki episcopo Cracoviensi Vicecan.

67
Reverendissime domine in Christo pater, et domi-
ne colendissime. Hesterno vespere misit ad
me dominus Palatinus Sandomiriensis rogans me
summis et officiosissimis precibus, ut non gra-
varev Descendere ad villam quandam hanc,
flumen, ubi me commodius convenire propter
ingentes quasdam occupationes suas, et me
cum de rebus quibusdam arduis collo-
qui posset, nam si id fieri non posset, co-
geretur me non viso, iter suum, quod mo-
rum non patitur prosequi. Ego valde cu-
pidus cum videndi hominem, tum etiam
summam ejus negotii, quod nunc in ore
totius mundi versatur, trajicio nunc flu-
men ad locum quem sibi Delegit, et quid
mecum egerit, vel hactaverit, omnia vestra
reverendissime Dominationi per primum
Nuntium Describam, cujus bonae gratiae me
ex corde commendo. Ca. Plocho die vige-
sima Maij anno domini MDXXIX.

1539
Liber de ...
...